3 (

DE NONNULLIS,

Quæ conſtitutæ recens Piſanæ Univerſitati ſiniſtra contigerunt, vel incommoda;

Et quanam interim fuerit Academicæ Doctrinæ Umbratilis forma.

Tertia ſubciſiva Studia

STEPHANI MARIÆ

FABBRUCCI,

Piſani Legum Interpretis, necnon pro Sancta Piſarum Inquiſitione Fiſcalis Promotoris

Regia Celſitudine Sereniſſimi

FRANCISCI III.

Ducis Lotharingiæ, Barii, &c.

Magni Ducis Etruriæ clementer, ac munifice annuente.

DE NONNULLIS,

Quae constitutae recens Pisanae Universitati munifica contigerunt, vel incommoda;

Et quomodo futurum fuerit Academica Doctrinae Uberioris forma.

Tertia subcisiva Studia

STEPHANI MARIAE

FABBRUGGI,

Pisani Legum Interpretis, necnon pro Sancta Pisarum Inquisitione Fiscalis Promotoris

Regiae Celsitudinis Serenissimae

FRANCISCI III.

Ducis Lotharingiae, Barri, &c.

Magni Ducis Etruriae clementer ac munifice annuente.

QUominus *Piſana Univerſitas*, tam fauſtis auſpiciis inchoata, in dies magis magiſque progrederetur, quamplura, relatu etiam triſtiſſima, obſtiterunt. Anno, poſt Publicam Inſtitutionem, proxime ſubſecuto, nempe *Milleſimo Trecenteſimo Quadrageſimo*, more Piſano, magna Rei Frumentariæ Inopia, inacceſſam commode Studentibus, Urbem reddidit; obviam alioquin, ac maxime ſtudiis opportunam. (*a*) Quæ pariter Frumentaria Res, An. 1347. & 75., durior aliquanto facta eſt. (*b*) Prædictam Annonæ Caritatem aliud infortunium, & fortaſſe gravius, conſequutum fuit, in magno Juvenum interitu poſitum: quos inter ipſe *Comes Bonifacius de Gherardeſca* interemptus, qui, ad promovendum Publicum Bonum, & potiſſimum *Uni-*

(*a*) M. S. Piſ. ad præd. An.
(*b*) Chron. Piſ. apud Clariſ. Murat. Tom. XV.

versitatis nostræ incrementum, divinitus quodammodo datus videbatur. (*a*)

Novum ingruens Bellum cum exteris, & præcipue cum finitimis Lucensibus, atque Florentinis, ob suspicionem quod Lucensi ditione a *Mastino Scaligero* Florentinæ Reipublicæ divendita, Pisana quoque Ditio, auctarii loco traderetur; (*b*) Intestina etiam discordia inter *Bergulinos* atque *Raspantes*, ut illi vocant, exorta, Literario negotio non exiguum attulit impedimentum: (*c*) sed omnium maxime atrox illa, universalis fere Contagio, quæ post deploratam Famem An. 1347. biennio post, Pisanam quoque Civitatem crudeliter aggressa est. (*d*)

Pluries utique, hoc eodem Sæculo, Pe-

(*a*) dd. MS. Tronc. ib. pag. 344. sub An. 1340.
(*b*) Addit. ad Tholom. Lucens. ap. Palat. Soc. p. 2. Tom. III.
(*c*) Jo. Villan. lib. XI. cap. 129.
(*d*) Præall. Paul. Tronc. in monum. Hist. ad An. 1348. Jo. Villan. lib. 12. cap. 118.

Pestis Pisanam Regionem grassari cœpit (*a*), sed nulla tam late patens, tamque sævior ea, quæ sub An. 1349. stil. Pis., communi autem 1348., potius lacrymis, quam atramento describitur ab Historicarum Rerum Conditoribus. (*b*) Contagio nimium, quæ a Scythia in Græciam transgressa, inde Illyricum emensa, Italiam invasit (*c*), atque ita Civitates funeribus exhausit, ut circa numerum extinctorum, vox utique diversa sonet, Historicorum tamen vox una, quod Urbes Habitatoribus fere vacuas reddiderit, (*d*) prout in specie de Florentina, & quidem

(*a*) Chron. Pis. apud Murat. d. t. XV. ad Ann. 1363. 74. & 84.
(*b*) Matth. *Vill.* lib. 1. a cap. primo usque ad 8. -- Abb. Fleury Tom. 20. Hist. ad Ann. 1349. Oderic. Rynald. Tom. 1. -- Murat. d. t. 15. in not. ad Chron. Senen.
(*c*) Ab. Bzov. lib. 14. -- Ludov. Aurel. in Epitom. ad Baron.
(*d*) Div. Antonin. p. 3. Tit. 21. -- P. Justin. lib. 4. &c.

dem exiguo paucorum mensium intervallo, memoriæ prodidere coævus Etruscus scriptor gravissimus *Matthæus Villanius*, *Scipio Ammiratus*, ut ingeniosum alioquin Fabulatorem, sed in hoc veridicum nimis testem, *Jo: Boccaccium*, silentio prætermittam, (*a*) dubium autem minime est, quod, quemadmodum tam inexpiabili lue sequestra, *Pisis* ab extremis bellis & Civilibus discordiis cessatum fuit, ita cessatum etiam sit a studiis.

Post Publicas autem has insignes Calamitates reviviscere aliquantisper dixeris *Universitatem*, revocato, An. 1355. recol. mem. *Francisco Tegrinio*; adscito etiam paulo postea *Baldo m. Francisci* de *Ubaldis*, vulgo *de' Baldeschi* (*b*) cæterisque conductis, de quibus mentio jam a nobis habita fuit opportune. (*c*) Augeri etiam dixeris ipsius dignitatem, destinato eidem Uni-

(*a*) Vill. Cap. 1. & 7. seq. Ammir. Hist. Flor. lib. X. Bocc. Decad. Fabul. in fine.

(*b*) Cæs. Chrispolt. Perus. August. lib. 3.

(*b*) In Excurs. Histor. pag. 39. 44. & seq.

Univerſitati *Cæſareo diplomate*, quod, præter *Pontificium* jampridem adeptum, *Ipſam* magis magiſque cohoneſtaret. Dum enim Clementiſs. Cæſar *Carolus IV.* in hac Piſana Urbe degebat, quæ ſedes etiam aliorum Cæſarum, & numquam ultima cura fuit, occaſione, qua inſignem Vatem *Zenobium Stratenſem* (cognomento *Mazzuolium*) (*a*) *Mag. Jo. illuſtris Grammatici Filium*, in maximo populorum omnis ætatis & conditionis cætu; in ſelectiſſimo Aulicorum ſuorum, Piſanorum Equitum, & univerſi Senatus conſeſſu, extra Januam *Primitialis*, ut ajunt, *Eccleſiæ*, Poetica Lauro; Auguſtiſſima manu ſua condecoravit. (*b*) Fama eſt, in hoc munificentiæ genere, effuſiſſimum Cæſarem (*c*) juſſiſſe inpoſterum, in *Aca-*

(*a*) Ex Ephem. Liter. Flor. die 17. Mart. Ann. 1740.

(*b*) Chronic. Piſ. & Senenſ. ap. Clariſs. Murat. d. T. 15. -- Matt. Villan. lib. 5. cap. 26. -- Ammir. lib. XI, -- Tronc. pag. 378.

(*c*) Conring. Lunig. Patarol. Gilian. &c.

demia nostra, Gradus in qualibet honesta Facultate, etiam *Authoritate sua*, conferri, & amplissimum, hac super re, de more, Diploma exarari. Verum enim vero, aut adstantium Procerum incuria fuerit, aut malesanum odium, quod, ob quosdam e potenti Familia *Gambacurtarum* aliorumque adhærentium, obtruncari jussos (*a*) in *Ipsum*, Cæsareamque Conjugem, magna Civium pars, animo concepit, factisque violentissimis declaravit: adeout de maturo discessu per universam Regiam Familiam sit opportune cogitatum, (*b*) aut præsens impotentia sustentandi Gymnasium adeo sumptuosum, conceptave fiducia amplioris diplomatis, ubi oporteret, ab Imperiali Aula impetrandi: Honorificentissimum Hoc Privilegium oretenus concessum, literis minime con-

(*a*) Tronc. in præd. Annal. pag. 383.
(*b*) Script. Paralip. a temp. Frider. II. -- Matth. Vill. lib. 5. c. 32. Scip. Amm. lib. XI.

consignatum condolemus. Decus vero, in nobis postmodum, novo quodam, quasi hæreditario jure adauctum, constantissime propugnamus. Nec temere, ut arbitror, nisi me meus amor meaque fallit opinio; in antiquiore etenim solemnium *ad Academicos Gradus* Promotionum Ephemeridæ, quæ Ephemerides *doctoratuum Libri* communiter appellantur, & solum a subsequenti sæculo reperiuntur, non tam de *Pontificia*, quam de *Cæsarea Potestate* mentio fit, asseriturque [*a*] *Pisano Antistiti* facultas conferendi scholasticos Honores in quavis licita Facultate, *Apostolica & Imperiali Authoritate*. [Instituitur hic methodica Probatio ejus, quod in Excurs. Historic. pag. 17. recepimus] & signanter alibi Doctor in medicina renunciatnr Nicolaus Aula Siculus -- -- *In forma Privilegiorum Apostolicorum* & *Imperialium Communi*

 Pi-

[*a*] Lib. I. dicti Archiep. Archiv. pag. 191. ubi de Mich. Gemin. a S. Gemin. Doctor. in U. J. ann. 1438.

[*b*] D. Lib. I. Archiep. Archiv. pag. 196. sub. An. 1442.

Pisano concessorum . [*b*] Et quemadmodum, ex eo quod Tabellionum Auctoritas ab Imperiali Institutione profluxerit, [*a*] ex vetusta, scita, tolerataque formula -- *Imperiali Authoritate Notarios, Judicesque Ordinarios* se se passim in Instrumentis subscribunt; ita expediendi Academici Diplomatis, in Patentibus illis Litteris, quas vulgo *Doctoratuum Privilegia* nuncupamus, hæc fuit, hæc est usitatissima Formula -- *N. N. Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Archiepiscopus Pisanus, Insularum Sardiniæ, & Corsicæ Primas, & dictæ Sedis Apostolicæ in Eis Legatus natus, necnon Pisani Almi Gymnasii Apostolica Cæsareaque Auctoritate Cancellarius* &c. &c.

Sed utinam in non Augmento jactura omnis constitisset! Inter *Bergulinos*, atque *Raspantes* asperiore in dies dissensione facta, suborta etiam nova quadam cum Florentinis, ob utilitatem commerciorum sibi invicem intercepto-

rum,

[*a*] Franc. Os. Placid. Puccinel. de tabell. nobil. & Fid.

rum, bellandi prurigine [a], nedum omissa fuit facilis, & obvia conductio *Dom. Roxelli Vannis, ex celebri Roxellorum Arretina Familia*, quem cum possent ex Pisano, prout erat *Assessore*, Publicum Professorem designare, dum Pisanam Potestatem gereret *Tanuccius de Ubaldinis*, ex Assidente militem, deteriori certe consilio, constituerunt. [b] Sed res gradatim eo devenit angustiæ, ut pro coacervanda pecunia, qua nihil ad bellum opportunius, sub Anno communi *Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Nono, Sexagesimo* autem more Pisano, infaustissimum hoc literis, & potissimum Jurisprudentiæ studiis, Senatus-Consultum emanaverit. [c]

VI. Id. Maii XII. Indict.

Providerunt Domini Anthiani Pisani

[a] Pogg. Jun. Hist. Flor. lib. I. Chron. apud Cl. Murat. t. XV. Matth. Villan. lib. VI. c. 47. & 61. lib. VIII. c. 63. lib. IX. c. 78. Scip. Ammir. lib. XI.

[b] Arch. Pis. Com. lib. 31. pag. 19. 2.

[c] Vol. 34. Arch. Pub. Pis. pag. 5. An. 1360.

Populi Partitu facto inter eos ad Denarios Albos & Giallos secundum Formam Brevis Pisani Populi pro commodo & utilitate Pisani Communis & pro cessandis sumptibus & expensis Communi Pisano quibus continuis modis & causis continue vexatur matura deliberatione prehabita & Providendo statuerunt & Ordinaverunt Qualiter de cetero a die XVIII. Octobris proxime venturi in antea per Commune Pisanum vel per aliquos Cives Pisanos electos seu eligendos quocumque modo non eligatur vel deputetur aliquis Doctor seu Licentiatus in Jure Civili vel ad aliquam sedem decreti Decretalium sexti Clementinarum Ordinarie vel Extraordinarie sive voluminis Infortiati seu alterius Juris Civilis vel Canonici seu eisdem ad legendum aliqua sedes deputetur ad salarium solvendum per Commune Pisanum sive de camera vel pecunia Pisani Communis. Et quod Dom. Franciscus Tegrinius D. Franciscus Dagmiani D. Pierus Dom. Albisi Dom. Bartholomeus Scharsus Frater Leone de Ravenna [a] *Le-*

[a] De meritifs. hisce Profess. actum in *Excurs. Hist.* a pag. 18. usque ad 66.

Legentes & qui lecturi essent de cetero a d. Calendis Octobris in antea sint & esse intelligantur Cassi & remoti a dd. Lecturis & qualibet earum; & quod Cives Pisani electi ad dd. Sedes deputandas & ipsos Doctores eligendos vel acquitendos intelligantur & sint omnino remoti & cancellati a pred. eorum officio & ab omni bailia sive authoritate quam haberent vel habent vigore hujus Provisionis nullo obstante.

Etsi autem, intermedio tempore, compressa iterum superior civilis discordia foret, atq; etiam, *Anno* Æræ Pisanæ 1365., inter Pisanos Florentinosq; Pax inita; (*a*) tamen, ob ingentem pecuniæ quantitatem, partim in hac expeditione, partim in conventa damnorum refectione, quæ in Florentinos hostes illata fuerant, erogatam; ob notabilem quoque Publicorum Proventuum imminutionem, ex sublatis ab initio, per *Io: Agnellum* tunc temporis Pisanorum Ducem con-

(*a*) Philip. Villan. lib. XI. cap. ult. Scip. Amm. lib. 12. Bernard. Cor. Hist. Mediol. p. 3. Tronc. An. 1364.

constitutum, aucupandæ sibi benevolentiæ gratia, peculiaribus quibusdam Civium contributionibus; (*a*) ob novas pariter pecuniæ præstationes subinde factas redeunti Pisas *Carolo IV. Imperatori*, (*b*) deinde *comiti Lutio Landj*, *Io: Aucuto*, *Bernardo de Sala* cum militaribus legionibus transeuntibus; *Charolo* etiam *Neapolitano Regi*, tunc temporis, Arretium circumpositasq; terras devastanti (*c*) ob varias, pariter multiplicesq; impensas jampridem initas in conficiendis, reficiendisq; ædificiis &c. ad urbis tutelam, repellendosq; externos ac domesticos hostes (*d*) nil minus, quam de subeundo novo *Universitatis* impendio cogitatum fuit. Quapropter, magna ex parte, conticuisse per aliquot annos præcipua Universitatis nostræ sub-

---

[*a*] Ann. mſ. d. An. 1365.
[*b*] DD. Ann. Piſ. & Tronc. An. ſeq.
[*c*] Ammir. lib. 13. 14. 15. Orland. Malevolt. lib. 10. p. 2. Tronc dd. Ann.
[*d*] M. S. Ann. Piſ. ad An. 1370 Tronc. ibid.

subsellia, ex eo etiam tuto mihi colligi posse videtur, quod, An. 1375. Examen illud medicorum, quod etiam nunc vulgari idiomate *matriculam* appellamus, in hypothesi quod examini subjiciendus Medicos ex eo Collegio suspectos haberet, *tribus Fratribus*, arbitrio Potestatis eligendis, commissum apparet, ea plane ratione, qua longe prius, videlicet An. 1319. quo nondum certe instituta, in Formam Publicam, Universitas fuerat talis examinandi provincia duobus Cænobitis demandata erat per hæc pauca verba (omnia siquidem majorem Libelli molem non affectanti, nimis operosum, atq; molestum foret ex integro transcribere) *nisi primo per duos medicos Civitatis Pisanæ, & duos Judices, & duos Fratres Prædicatores, vel Minores, vel Eremitanos, & unum Notarium &c. &c.* (*a*) Neque enim verisimile est, existentibus in ea facultate Publicis *Universitatis* Professori-

[*a*] Arch. Pis. com. Vol. 50. pag. 12. & seq. Arch. Capitul. lib. X. Ordin. Pis. com. cap. 76. pag. 16. Tronc. sub An. 1374.

ribus, non iis potius in subsidium, quam Regularibus, in eo scientiæ genere, ut plurimum, ignaris, & quod ad Praxim & exercitium de Jure incapacibus, tale experimentum, Publico Decreto fuisse injunctum; & quidni, etiam per tempus longe diuturnius in magna Professorum inopia *Universitas* jaceret? exhausta denuo Publica Æraria fuerant, quæ sustinendo oneri satis esse possent. Pax iterum est interturbata, quæ bonas Artes fovet, ac nutrit, atque exteros homines ad Urbes allicit. Contagio rursus Urbem adorta, acminitata Provinciales; variæ diversæque, & quidem, in exiguo paucorum annorum intervallo, gubernii, gubernatorumque extitere mutationes, veluti *Andreæ*, *Petri*, *aliorumque Gambacurtarum* ex Bergulina factione; *Joannis dell' Agnello* ex altera Raspantium; *Jacobi*, *Gerardique Appianorum*; Denique *Mediolanensium Vicecomitum* (*a*) quibus certe vicis-

[*a*] Chron. M. S. Pis. Villan. ac Tronc. sub prædd. Ann. Albert. Ital. Tit. de Etrur. Litoral. pag. 29. & seq. Orlend. Orb. Sac. p. 2. lib. 3. cap. 19.

cissitudinibus, ac mutationibus, nil ad firmas, stabilesque, & præcipue Studiorum deliberationes, perniciosius experientia deprehenditur.

Reditum igitur fere est, & ob prædictas vicissitudines, necessario reditum quodammodo ad primæva illa tempora, quibus nondum *Generale Gymnasium* fuerat publico bono referatum, quibus utique temporibus & Arithmetice, & Grammatice, & Rhetorica, Physica, Jurisprudentia, Theologia, publico quidem, sed tenuissimo sumptu, edocebantur; &, si non privatim omnino, saltem non servata omnimoda *Universalis studii* forma, edocebantur. Inter paucos illos autem qui ingeniorum culturæ præerant, postrema hac calamitosa tempestate

I. Mihi occurrit, sub An. 1362., *mag. Franciscus de Cremona*, qui cum alias in eadem Pisana Urbe multiplex docendi munus, cum uno tantum stipendio, *obiisset* (*a*) denuo conductus apparet decreto hujusce tenoris: (*b*)

Cal.

(*a*] Vol. 29. Arch. Com. DD. Prior. & lib. 46.

[*b*] Ibid. Vol. 35. quat. 2. pag. 73. a terg.

Cal. Oct.XV. Indict. Provid.&c.Domini Anthiani Pisani Populi partitu facto inter eos ad denarios Albos & Giallos secundum formam Brevis Pis. Pop. Pro honore & utilitate Pis. Communis quod mag. Franciscus de Cremona magister in Grammatica Loica & Phisica teneatur & debeat Legere & docere in civitate Pisana d. scientias retinendo per se solum scholas in civitate Pisana in quibus scholis doceat unicuiq; volenti doceri in dd. scientiis a Festo S. Lucæ proxime venturi ad unum Annum tunc proxime secuturum . Pro qua Lectura & doctrina tradenda per eum ut dictum est d. tempore unius anni habeat & habere possit & debeat a Communi Pisano libras centum quinquaginta denariorum Pisanorum pro suo salario & mercede hoc modo videlicet medietatem in medio Anni & reliquam medietatem in fine d. Anni vigore hujus Provisionis nullo obstante.

II. Cum ex silentio Pisanorum monumentorum quaquaversus hiantium , defectus alicujus Professoris nequaquam argui possit; præsertim vero ea de qua scribimus ætate , qua minuendarum expensarum caussa , Justitio fere universali Publicis studiis indicto , quidquid hac super re decernebatur, quasi ex-

extra ordinem decernebatur, videtur operæ pretium in hanc seriem referre nec quidem sine ingenti fœnore, ob insignem ejus nobilitatem, legalem scientiam, summamque prudentiam, consiliique maturitatem *Bonincontrum seniorem de Bonincontris Miniatensem*. Ansam huc referendi præbent eruditissimi *Lipsiensium Ephemeridum Scriptores* (*a*) quibus præluxisse videtur Clarif. *Muratorii* Præfatio, prout interpuncta jacet. (*b*) Obstare quidem aliquatenus posset ipse Textus *Laurentii Bonincontrj*, quem publici juris faciunt, ubi de Pisana senioris *Bonincontri Lectura*, nulla est expressa mentio, immo etiam obstare hæc eadem ratio temporum, in quibus est Ipse locandus, quum hisce temporibus magis sit de districtu, ut ajunt nostri, quam Academicorum Professorum contractu cogitatum. Verum cum prælaudati Clarissimi Viri Professoriam hanc qualitatem *potuerint* etiam aliunde colli-

li-

[*a*] Act. Lipf. An. 1733. pag. 443. in Recens. Tom. XXI. Script. Italic.

[*b*] Ad Annal. Laur. Bonincontr.

ligere; nè videar eorum auctoritatem parvi pendere; ne possim alicujus omissionis insimulari; neve desit etiam hic, inter ceteros dubios, tanti viri opportuna aliqua commemoratio, aliquid modo subjiciatur.

Julii Cæsaris præclaram indolem in hoc eximio Viro agnoveris, nimirum ad litteras simul, & ad arma propensam. *Castruccio* primum, deinde *Jo:* potentissimo Mediolanensium Archiepiscopo, R*uperto* successori, aliisque e principe *Vicecomitum* familia apprime charus (*a*) utilia suasit; nec destitit una eademque opera res Patriæ suæ cum Pisanorum sorte valde connexas, qua precibus, qua consilio, juvare. (*b*) Ex quo potissimum factum est, ut e Mediolano profectus in hanc Urbem se receperit, & Civitate, domo, aliisque bonis auctus *Pisis* reliquum vitæ tempus, ad gravem usque senectutem, & ad Annum 1371., cum laude transegerit (*c*) Cui &

[*a*] Bernardin. Cor. Hist. Mediolan. p. 3.

[*b*] Laur. in Hist. Sicul. ad An. 1341. & seq. ibiq. Clar. Lam.

[*c*] Iidem uti supr.

& illud jam fato functo honorificum contigit, ut ex *Nicolao* filio, clarissimaq; nuru *Francisca Ludovici Ciccioni*, nepotem habuerit *Bonincontrum* Iuniorem, nempe *Joannem Bonincontrium* (ut apud *eruditiss. Lamium*, ex Bibliotheca Mediceo-Laurentiana, Geneologiam hanc supplentem videre datur) Pisanæ Triremi in Africana expeditione Præfectum inclytum; & ex eo *Laurentium* Pronepotem, Sæculi sui grande decus & ornamentum, in Historia quidem satis conspicuum, sed præcipue in Rebus Astronomicis, in quibus discipulum primo habuit *Jo: Jovianum Pontanum*; & deinde laudatorem elegantissimum, (*a*) dignum quoque, ob insignem ejus Poesim, ut *a Giraldo*, *Draudio* summis præconiis efferatur (*b*) honorificentissimumque locum in doctissimis Præfationibus ad *Siculam Historiam ipsius Laurentii*, occupet.

III.

[*a*] Epigr. 235. & pr. Tumul. pag. 70.

[*b*] Lib. Greg. Hist. Poet. Georg. in Offi. Class. Lips. Soc. Murat. Lam. ibid.

III. *Joannes Gittalebraccia Pisanus Civis*, de quo multiplex in Patriis Tabulariis ac sepulcretis honorifica mentio : & de cujus Gentili *Andrea* monimenta Carthusiensium ; sicuti de ipsius *Andreæ* uxore *Jacoba*, PP. Prædicatorum Acta cum plausu loquuntur. (*a*) Quod attinet ad prælaudatum *Joannem* medicinæ procul dubio Professorem, hæc præ cæteris mihi modo sunt in promptu. *IV. Id. Jul. An. MCCCLXXIII.* ita S. P. Q. P. jubet atque constituit. *Mag. Iohanni Gittalebraccia Fizico Medicine Doctori Provisionato Pisani Communis Florenos sexaginta Auri in Auro restantes sibi solvi de summa Florenorum centum Auri quod habet singulo Anno pro sua Provisione sine Cabella*. (*b*) Idibus autem *Octobris An.* 1375. similis tenoris Decretum legitur : *Magistro Johanni Gittalebraccia Fisico Artium & medicine Doctori Provisionato Pis. Com. ad Provisionem Flor. centum Auri in Aurum quolibet Anno Florenos Quinqua-*

[*a*] Cardos. Vit. Beat. Pis. Tronc. in monum. Hist. An. 1402.

[*b*] Lib. 47. pag. 8. terg.

quaginta Auri in Aurum de d. summa pro ultima Paga Anni presentis finiendi de presenti mense Octobris sine Cabella. [a] Quamvis enim hinc non eruatur evidenter an pro docenda, vel in ægrotantium Civium subsidium exercenda medicina, Honorarium hoc, ea ætate satis amplum, ei decretum fuerit; tamen cum aliunde ex ipsis Publicis monumentis constet, *Pro cura Nerucci Curradini del Setajolo, unius ex Antianis Pisani Populi*, Ipsimet *Joanni*, de ære publico, solutam fuisse, *Quinque Florenorum mercedem* (b) conjecturam inde capio non exiguam, Annuum illud amplius stipendium, de quo supra, pro alio, quam medendi exercitio, nimirum Ipsi præmium *docendæ medicæ Artis*, fuisse constitutum. Obiit insignis iste Professor *A. S. MCCCLXXXIV.*, atque Hujus, immo totius Familiæ nobile monumentum, sed nullum certum diem & Annum præseferens, in Claustro D. *Francisci* sub secundo marmoreo Arcu ad meridiem observare datur cum

[a] Lib. 49. D. P. Ar. 20.
[b] Vol. 51. Quat. 4. p. 16.

cum insigne ferocientis Leonis intra Barram arctati, & cum hac Inscriptione: *S. Honorabilis & Famosi Civ. Pis. Mag. Jo: Gettalebraccia Medicinæ doctoris & Prudentium virorum S. Michaelis & Francisci Fratrum suorum & eorum descend.* Plane de Communis eorum Genitoris nomine, nempe *Andrea*, ex Tabulario Primitialis Operæ apparet (*a*) ubi: *Ser Michael Andreæ*, in contractu quodam Emptionis, fidem suam, tamquam Notarius, interponit An. 1383. de indubitato autem, prælaudati *Johannis* mortis die, ex alio marmoreo sepulcro, *sub num.* 5. idem stemma Gentilitium, & Togatum virum decentissime exhibente, in Ecclesia servorum B. M. V., quæ Pisis *D. Antonio Abbati* dicata est, litterisque ibidem insculptis edocemur, quæ sunt isthæc: *Clauditur Hoc Tumulo natus moriens Joannes Gittalebraccia, qui Medicinæ Professor egregius mundo fuit. Artes noverat Ille, qui obiit An. Domin. MCCCLXXXIV.*

[*a*] Chart. juxta recentiorem enumerationem, 2525.

MCCCLXXXIV. die XVII. menſ. Auguſti.

IV. Superiori, quamvis Profeſſione diſſimilem, Patria tamen, ac ſtudiorum ætate ferme æqualem licet addere *mag. Franciſcum Bartoli de Buti*, quem inter *Paſſavantes*, *Jordanos*, *Cavalcas*, alioſque Linguæ Etruſcæ Proceres, merito cooptatum audimus; (*a*) & quem duo fulgentiſſima doctrinæ lumina *Abb. Antonius Maria & Can. Salvinius Salvinii* (paulo poſt tempora *Danthis*) *Danthem ipſum*, non *Florentiæ*, ut primo quidem ſenſerat & adnotaverat felix, nedum in Typographica Arte, verum etiam in multiplici Eruditione Manutiorum Æmulator *Mannius* (*b*) ſed *Publice*

*** *Pi-*

[*a*] In Poet. Panegyri de Laud. Florentiæ, quæ ſub nomine Lidani Colanelli Setini circumfertur, Edit. Alex. Scarlat. I. V. D.

[*b*] Dominicus M. in Tract. Hiſtor. Ital. de Ocularibus Cap. p. 6. diverſ. in Tom. 1. ſigil. pag. octava ſig. VII.

Pisis expoſuiſſe tradunt (*a*) pulcherrimaſque Lectiones illas adornaſſe, quæ in Lexico Etruſcarum dictionum, vulgo *della Cruſca*, pluries allegantur (*b*) atque in pluribus nitidiſſimis Exemplis, in celebrioribus Florentinis Bibliothecis, adſervantur (*c*).

Plane quod *Publice Piſis* Danthem prælegerit, non tantum ex ampliſſimo prælaudatorum virorum teſtimonio patet, ſed & ex uno, ex prædictis Exemplis, in *Mediceo Laurentiana* exiſtente, manu *Guidi Joannis de Rignano Notarii*, *An.* 1428. exarato (*d*) Non inde tamen, ut *in majus Univerſitatis noſtræ decus* utique ex-

[*a*] Ant. M. p. 2. ſerm. Acad. ſerm. 33. Salvin. in Præf. ad Faſt. Conſul. pag. 14.

[*b*] Voc. Cruſc. verb. *Lega*, *Aſſaltare* & ibi Taſſon. pag. 23.

[*c*] Monfauc. Bibliot. Bibliot. Tom. I. Plut. 42. *Laur.* Salvin. & man. dd. ll. Valſech. in Præf. Io. Gerſ. p. 17.

[*d*] D. Bibl. Laurent. Plut. 42. num. 13.

exoptarem, eruitur *in Generali studio* Buthium ipsum Cathedram adeptum. Imo vero potius contrarium evincitur ex Papyracea, ut ajunt, Lectura, quæ *sub num.* 18. *ejusdem Plutei Quadragesimi secundi*, habetur, ubi non jussu supremi Magistratus; non ut demandato sibi muneri satisfaceret (ut verosimiliter scripsisset) sed *in Amicorum gratiam*, & ut æquam tanti viri existimationem publice testatam faceret, secundum Danthis Canticum exposuisse *An.* 1395., ingenue profitetur. Quod autem magis rem indubiam reddit, illud est, quod in quodam conspicuo Comentario, eadem, qua floruit *Buthius* ætate, transcripto a *Joanne* quodam *Presbitero*, intimo ac familiari *Petri de' Gambacurtis*, Ipsemet insignis Commentator *Buthius*, nulla *Universitatis*, at solum *Civitatis* habita mentione, sic alloquens inducitur (*a*) *Se nella seconda Cantica della Commedia di Dante Allighieri Fiorentino Poeta volgare Io Francesco da Buti Citta-*

[*a*] D. Virgin. Valsech. in d. Præf. Ad Lect. sup. lib. Io. Serfen.

dino di Pisa mi sono messo ad sponerla secondo l' ordine della prima letta da me publicamente nella Città di Pisa non compiessi la lettura &c.

Sed esto negativa hæc Argumenta desint ubi meliora sappetunt. Jacente ob deploratas nuperrime caussas Universitate, *Franciscum de Buti pro docenda Grammatica*, seu mavis Humanitate, scholas illas *Pisanæ Communitatis* nactum fuisse contendo, quales jampridem, ex ipsis Pis. Monumentis apparet, publico stipendio, rexisse, circa An. 1350., *Mag. Pupum Spessalaste de' Marti*, (*a*) & sub An. 1354. & *seqq.* assecutum fuisse *Mag. Marchum Filium q. Andreæ de Fagianis de Capella S. Pauli ad Hortum* (*b*) & quales postmodum, proxime anteacto sæculo XVII., *Iac. Mancin.* ac *Petr. Adrian. Vandembroechius* adepti sunt (*c*) ut nihil hic de æqua-

[*a*] Lib. 26. & 27. Arch. Pis. Com.

[*b*] Vol. 29. pag. 29. Vol. 36. p. 50. A. P. P.

[*c*] Vid. Epist. nuncup. *Jac. Mancin.* Inst. Grammat. ad S. P. Q. P. *Petr. Adrian.* Pœmat. ad Card. Leopold. Medic.

æquali ipſimet Buthio dicam *Mag. Thoma*, alias *Mag. Thomaſio* dell' *Abbaco*, vel *Ambaco*, *pro docenda Arithmetica*, (*a*) de quo inferius.

Quod ſpectat ad Hunc noſtrum, colligo id ex pluribus Piſani Tabularii Monumentis, & primum ex Volumine IV. ubi ſic lego: *Mag. Franciſco q. Bartai de' B uti de' Capella S. Pauli ad Ortum Doctori Grammatices tenenti ſcholas in Communi Piſano pro ſalario & mercede ſex menſium lib.* 25. *ad rationem* 50. *per Annum* (*b*) Latius etiam ex Lib. 38. ubi de ſtipendio longe adaucto apparet [*c*] Longe fuſius autem, quam aliunde, ex *Vol. XXVIII.* in quo diſtinctius agitur de mercede, deq. Anno; non certe primo, nec ex primis Conductionis ſuæ, ſic; [*d*] *Mag. Franciſcus olim Bartali de B uti doctor Grammatice coram me Framuccio Notario ſupraſcripto & Teſtibus in-*

 fra-

[*a*] Lib. 28. p. 78. Lib. 45. p. 67.
[*b*] D. Vol. 4. quat. 2. p. 59.
[*c*] Lib. 38. pag. 56. An. 1365.
[*d*] Vol. 28. pag. 142. quat. ibid. incluſ. pag. 76.

frascriptis habuit & recepit à supra-scripto Camerario Libras 308. Denariorum Pisanorum debitas sibi a Communi Pis. pro suo salario & mercedes unius Anni finiti in Calendis Ianuarii præteriti occasione suæ doctrinæ, quam publice tradidit in suis scholis omnibus audire volentibus. secundum formam Provisionis de eo factæ per Dominos Anthianos Dominicæ Incarnationis An. 1386. Indict. IX. 6. Id. Ianuar. Et pro præsenti solutione factæ Prid. Non. Ian. X. Ind. de quibus se & inde &c. Actum in Camera Pisani Communis, Præsentibus Ser. Andrea de Appiano & Mariano Soppo Testibus ad hæc Domin. Incarn. An. 1387. Ind. X. die 12. Mart.

Eundem ipsum, ob Artis excellentiam, Exemptione & Immunitate quadam donatum comperio ex lacipiis ipsorum monumentorum in Archivo communi delitescentium [a] sicuti alia Civium munia sortitum, veluti Notarii ac scribæ Publicæ capit. *Pontis Sacci, Treggiariæ &c.* [b] *Concellarii etiam Dom. Antianorum*

[a] Volum. 2. & 3.
[b] Lib. 56. pag. 18.

rum [*a*]. Insuper ex alio Fragmento, quod in Archivo Capitulari mihi contigit intueri, perspicue innotescit eximium hunc virum specialiter confirmatum fuisse in solemni quadam Officialium Æconomica Reformatione, expensarumque reductione, quæ spectat ad An. 1405., ut alibi adnotabitur, sic etenim ibi honorificentissime legitur: *Mag. Franciscus de Buti Doctor Grammaticæ Pisanæ Civitatis stet firmus, prout nunc est* [*b*].

Uxore ibidem ducta, non caruit prole, atque Eo adhuc superstite, *Jo:* ejus filius Jurisperitus, non infima Patriæ munia gessit [*c*] eo vero jam vita functo, Publice Leges in renascente Gymnasio exposuit, ut alibi pariter opportunior erit dicendi locus [*d*]. Contigit autem luctuosa *Francisci* genitoris mors An. Sal. 1406. *Indict. XIV. die* 25. *Iul.*, ut ex

*** 4 no-

[*a*] Vol. 40. pag. 1. Vol. 51. Quat. 1. p. 10. Vol. 62. p. 5.

[*b*] Lib. VII. pag. 219.

[*c*] Lib. 49. p. 71. & 85. Vol. 51. quat. 1. pag. 33.

[*d*] Ex Lib. I. Arch. Com. Archiep.

notula quadam ibi in margine apposita deprehendere datur. Conditus deinde fuit in primo Claustro Cænobitarum *S. Francisci*, a meridionali latere, subter tertium Arcum; ubi Gentilitium ipsius stemma unius Rosæ, suppositarumque Barrarum quatuor a superiori parte obtruncatarum, & breve hoc Elogium, sub labro marmoreæ spondæ, adhuc inspicitur ✠ *S. Magistri Francisci doctoris Grammatice olim Bartoli de Buti Filiorum Heredumq; suorum.*

V. Circa eadem fere tempora, constat, ære publico, per vigilantissimos Pisanos Proceres: *Conductam Domum a Jo. Jacobi Ricucchj, pro mag. Piero Joannis Aristotelis de Bononia, in Parochia S. Petri ad Ischiam* (a) Quæ Ecclesia S. Petri ad Ischiam hodie, vulgo, *S. Apollonia*, cum parum distet ab alia Ecclesia *S. Simeonis ad Parlascium*, de referatis, ibi, hoc est in ejus Parochiæ tractu *Medicorum*, & verisimiliter etiam *Juris Cons.* Scholis assertionem nostram ma-

(a) Lib. 28. d. A. P. P. pag. 131. Quat. ibid. incl. 66.

magis magisque adstruit (a) eoque etiam probabilius, quod eam Urbis partem frequentiorem olim fuisse, satis evidenter ostendat non multo tunc distans *Curia vetus*; *Platea Antianorum*; *Aurificum Via*. Redeundo autem ad illustrem medicinæ Professorem *mag. Petrum*, Post Praxim Medicam Bononiæ enucleatam ab An. 1381. ad An. 1386. ad edocendam in Scholis Pisanis, utcumque adapertis, eamdem scientiam accersitum, existimare licet. Præsertim vero cum ad actuale exercitium medicæ, atque chirurgicæ Artis, pro ægrotantium indigentia, iisdem temporibus conducti appareant *mag. Landus de Colle*; *mag. Bartolomæus de Pontremulo*: *Guerrerius de Piscia*, necnon *Andreas Baruccius Cirugici*. (b) Hæredem autem substantiarum non minus, quam

(a) Vid. Differt. prim. Historic. Crit. pag. 25. ex Vol. 20. DD. Pr. ubi de Domo conducta in eum usum a PP. Prædic. & pro Reg. Acad. a Pub. Benev.

(b) D. Vol. 28. p. 140. & resp. 74. & 143. 77.

insignis doctrinæ suæ, reliquisse, Filium, nomine *Franciscum*, illustri Legatione ad Florentinam Rempublicam, & postea Bononiensi cathedra clarum, memoriæ proditum est. (*a*) Quod utique in Paternam vergit Commendationem.

VI. Pertinet ad hanc Historiæ partem, utpote ad hos circiter Annos pertinens, *Benedictus de Plumbino*, alias *Barzius*, seu *Bargius Plumbinensis*. Plumbinensem dicimus, ut ab alio hujus nominis atque Cognominis distinguamus, qui *Perusinus* fuit; (*b*) in alicujus etiam sententia, *Arretinus* (*c*) ac decurrente *XV. Sæculo* jam adulto floruit, Ferrariensis Gymnasii Professor, *plurium Consultationum*, Opusculi de *Guarentigiis*, necnon *de Fi-*

(*a*) Jo. Nicol. Pasq. Alidos. doct. Theol. Medic. pag. 56. & 155.

(*b*) Cæs. Crispolt. Perus. August. lib. 3. Jo. B. Zilet. in Ind. libr. p. 35. Cæs. Barz. Abneg. in dedic. decis. Bonon. & sus. decis. 2. Bon. n. 46.

(*c*) Ant. Negusant. de Pignor. memb. 4. part. 2. in fin.

Filiis non legitime natis, de *Tutoribus & Curatoribus* Scriptor, de quibus, in magno Opere Tract. diverſ. Primæ Venetæ editionis. Vid. potiſſimum *Tom. XVII. ac XVIII.* unde paſſim graviores Hiſtoric. (*a*) verum, inter utrumque Profeſſorem, diſcrimen potuerunt educere. Noſter hic, *Piſanus* quoque *Civis* perhibetur, Piſanæ Civitati eo facilius adſcriptus, quod *Plumbinum* in Agro olim Piſano (*b*) e ruderibus excifæ Populoniæ ad Portum Trajanum, fuerit extructum (*c*). Prout erat in excogitando ſolers, in agendo prudens, in loquendo facundus, pro eadem Piſana Urbe atque Republica, non ſemel Advocati; Legatique perſona *Ipſi-*

(*a*) Ferrant. Borſet. Ferrant. Bolan. Hiſt. Ferrar. Gymnaſ. p. 1. lib. 1. pag. 22. & lat. p. 2. lib. 2. pag. 27. Guid. Panzir. De Clar. lib. 2. Cap. 102.

(*b*) Pomp. Mel. lib. 2. de Sit. Carol. Steph. dict. Hiſt. Geogr. in verb. *Populonia*.

(*c*) Nicol. Comn. Papad. lib. 3. ſect. 1. Cap. 5. in princ.

met demandata fuit, ut ex Archivii monumentis est exploratissimum, ubi decursu aliquot Annorum ab An. 1380. modo ad partes Imolæ, nunc ad Commune Florentinorum, nunc ad Januensem Remp. legitur a Pisana Republica utiliter destinatus (*a*) deputatus & ad Publicum honestissimum Munus Judicis Curiæ Pupillorum una cum *Bondo Lanfreduccio*, ut ex Tabulario Operæ Primitialis Ecclesiæ innotescit. (*b*) Longe tamen plus in Patriæ Beneficium, *Leges exponendo* Constitutaque Interpretando contulit: in quo *Publici Professoris* munere obeundo, luculenter ostendit quantum a Præceptore *Baldo* didicerit (*c*).

Hanc ipsam Legalem Eruditionem alio quoque transtulit; & absque dubio,

(*a*) Lib. Arch. Com. 51. Lib. 52. & 55.

(*b*) Chart. rec. numer. 2608. An. 1387.

(*c*) Papad. l. alleg. Panzir. lib. 2. Cap. 77. n. 99. de Clar. Catel. Cott. in Rec. Robert. Tit. in Orat. pro exord. stud. p. 9. Zilet. in Indic. disput.

bio, non sine ingenti laude & quæstu, in *Patavinam Academiam* invexit (*a*).

De quibusdam *Bened.* disputationibus in materia Pis. Statut. signanti meminit J. B. *Zilettus*; Extant vero in alio pariter *Repet. Civil.* insigni Opere, non paucæ Leges ejus calamo illustratæ veluti L. *Si quis a socio ff. Pro socio*, L. *Qui agnitis ff. de Exceptionibus*. (ubi *Andr. Jas. Petrum Domini Albisi*, & *Raynerium Arsendum* Antecessores suos laudat) L. *Accusatore* §. *ad Crimen ff.* de Pub. *Judic.* in L. *Qui se Patris Cod. unde Liber.* L. *Si Fratris Cod. de Jur. delib.* L. *Qui deportantur Cod. de Heredib. instituendis* (*b*) sicuti tamquam germanus ipsius Partus, absque controversia, agnoscitur Opusculum de *discussionibus* (*c*).

Re-

(*a*) Jacob. Philip. Tomasin. Gymn. Patav. lib. 2. cap. 2. in princ. Papadop. d. cap. 5. n. 22.

(*b*) Tom. 2. 5. 6. 8. Lugdun. Edit. An. 1554.

(*c*) Tom. 14. & 18. Tract. divers. S. Pant. ibid. August. Font. B. L. p. 4.

Reliquit opulentiſſimi patrimonii ſui hæredem *Baldum Bonifacium* ex Sorore Nepotem, Virum pietate in pauperes præſertim e Noſocomii Fundatione, in Patavina Civitate celeberrimum (*a*).

Patavii pariter poſtremum diem objit noſter *Barzius An.* 1410. (*b*) cujus Oſſa in Eccleſia Eremitanorum, poſt primas Templi valvas, in operoſa quadam marmorea Arca, & cum Ipſius imagine depoſita jacent, ut præ ceteris memoriæ prodidit *Michael Savonarola* (*c*) Ibi quoque Rhythmicum hoc Elogium, prout ferebat rudis eorum Temporum conditio.

Corpus humo, Cælis animam,
Famamque dediſti
Laudibus, & Legum, Benedicte,
Monarcha fuiſti,

No-

(*a*) Papad. ubi ſupr. & fuſius Cap. 6. n. *XXVII.* ubi de d. Bald. Bonif.

(*b*) Panzirol. Papad. ibid.

(*c*) Ap. Clariſs. Murat. Hiſtor. Ital. *Tom.* *XXIV*. Commentar. de Laud. Patav.

Nominis effecta radians virtutis imago,
Pisanus Civis, Plumbini clara Propago,
Omnibus Italiæ studiis tua Lectio fulxit.
Publica dum legis Hic, Tibi Te Libitina Revulsit.
Martia tunc Orbi Lux bis septena nitebat,
Mille Quatercentum bis quinque Annosque movebat.

VII. Ex Ordine Jurisconsultorum auget & illustrat eorum Professorum numerum, de quibus nunc sermo, *Franciscus Raimundi de Ramponis*, Familia apud *Bononienses* admodum conspicua (*a*) In Patria primum docuit, Teste Jo: Alidosio (*b*) deinde Patavii, Severino, ac Mantua referentibus (*c*) Ferrariæ quoque adnotan-

(*a*) Jo. Ant. Bumald. in Minerval. ex Butt. in B. Ill.
(*b*) Doct. Bonon. in Jur. Can. & Civ. p. 77.
(*c*) Epist. Viror. Illustr. n. 93.

tante Tomasinio (*a*) Quare miror Ejus mentionem a sapientissimis prædictarum Academiarum Illustratoribus Riccobono, Papadopolio, Borsetthio fuisse prætermissam, docuit Ipsemet in *Pisano* etiam *Gymnasio*, ut concordi cum præallegatis *Severino ac Mantua* calamo *Pancirolius*, *atque Alidosius* memoriæ prodiderunt; quibus novissime calculum adjecit *Dominicus Maria Brancaccinius* (*b*) Et quamvis Hic posterior æram ejus Pisanæ Lectionis An. 1400. præcise alliget; ipse tamen, *consueta venia*, hoc paulo ante contigisse opinor, hoc est intermedio aliquo tempore ab An. 1393. usq. ad 1399. seu potius 1398. quibus a Patria Urbe exulavit, de eo Reus insimulatus quod, aliorum promovendorum gratia, una cum Nepote suo *Jo.* de *Cannetulo*, author Populo fuerit removendi sibi infensos Priores, aliosque Magistratus (*c*) Plane

---

(*a*) Jacob. Tomas. lib. 2. cap. 2. de Gymn. Patav.

(*b*) Lib. p. de Jur. Doctor. Cap. 6. n. 10. in fin.

(*c*) Id. Alidos. ubi supra.

ne de præciso tempore *Pisani Magisterii* ex Academicis monumentis, quæ rara, confusa, semiconsumpta habentur, certo non liquet. Verum, cum ex Pergameno quodam Codice MS. (*a*) Florentini Montis Communis, quem utiliter expoliandum, castigandumque suscepit Nobilis in primis, atque officiosus vir *Rupertus Riccius* Clarissimi, vigilantissimique Provisoris *Friderici de Riccis*, vigilans & Ipse Coadiutor, constet evidenter eumdem *Franciscum de Rampomibus* cum Bartolomeo de Saliceto &c. *in Ferrariensi Gymnasio* ad scholasticos Gradus in V. J. promovisse *Bartolomæum* Ser. *Antonii de Barbalungis Ferrariensem*, sub die 17. Jul. An. 1393. *Indict.* 1. *Sum. Pont. Bonifacio Nono Romanam Ecclesiam Gubernante*, (*b*) & perspicue pariter innotescat in Patrio Archigymnasio Bononiensi Literariis Infulis decorasse: *Nobilem & Scientificum virum Thomam Ludovici, Gentilis, Francisci de Ma-*

(*a*) Complect. Extract. & Jur. Official.

(*b*) Pag. 319.

Malaspinis de Asculo, *decurrente An*. 1398. (a) hinc tutissime infertur, non nisi intermedio aliquo tempore inter prædictos Annos 1393. & 1398. *Pisis* Jura Profiteri potuisse.

Neque pariter certo liquet de mortis tempore, quod nonnulli ad aliquot Annos, post *Quadringentesimum supra millesimum*, protrahunt (b) Alii vero *An*: *millesimo Quadringentesimo primo*, die 15. September; hora 17. cum dimidio, definiunt: quos inter *Petrus Matthioli Fabri* ocularis Testis allegatur. (c)

Ab his postremis memoria accepimus cum integumentis Religiosæ Familiæ *D. Francisci*, quem vivens maxime coluerat, in ejus Ecclesia tumulatum, prævia funebri Oratione *Mag. Johannis Georgii de Cortellinis*, & Solemni lugubri pompa, quam *Johannes de*

(*a*) Pag. 646. D. Cod. Arch. Flor. Mont. Com. alias *delle Graticole*.

(*b*) Ex Pancir. & Mant. præall. II.

(*c*) Diar. relat. ab Alid. ibid.

de melioratis Ravennas Archiepiscopus jam designatus, ac postmodum, ab *Innocent. VII.* Patruo, inter Purpuratos Patres adlectus. (a) Rector quoque Gymnasii, ac Bononiensis Potestas, præter omnes Equites, Doctores, atque Artium societates, præsentia sua cohonestarunt. (b)

Illud quoque in *ejus* laudem literis consignatum, diversas insignes Legationes pro Patria obisse; firmandæ sanciendæque Paci cum Mediolanensium Duce *Ipsum*, Joannemque Elephantutium, An. 1385. adhibitum, præter Imolensem Præturam jampridem *ab Ea*, *An.* 1363., pro dignitate administratam. (c)

Sicutì nec illud ambigitur, inter reliquos illustres Alumnos, ex *Ipsius* schola in publicam Academiarum ac Fori lucem prodiisse seniorem *Imolensem*,

(*a*) Ughell. Ital. Sacr. Tom. 2. int. Raven.
(*b*) Alidof. §. pen.
[*c*] Alidof. ibid. p. 78. & 106.

ſem, nempe *Johannem*; (a) ac præter plures *Ejuſdem* doctiſſimas Lucubrationes *in ſecundam digeſti veteris ac novi partem* manu exaratas, Typis nonnullas editas fuiſſe *In aliquot Codicis Titulos*; *multaque* etiam *Conſilia* inter illa *Baldi ſeniòris* impreſſa circumferri (b) Qui præſtantiſſimus J. U. Interpres *Ramponii* nomen, aliis quoque coævis Doctoribus maxime probatum, *Reſponſis ſuis*, quaſi fidem auctoritatemque majorem conciliaturus, apponendum curavit. (c)

Quorum omnium intuitu, Clariſs. *Gravina* inter celebres J. C. qui *Bartolum* præceſſerunt, *Lambertinum* & *Fran-*

(*a*) Catell. Cot. in Recenſs. - Guid. Panz. de Clar. Lib. 2. G. 84.

(*b*) Mant. præal. loc. -- Chonig. in verb. Rampon. -- Bumald. in d. Bibl. Bonon. -- Garzon. de dignit. Bon. apud Clariſs. Murat. Script. Ital. Tom. 21.

(*c*) Vol. 3. Conſ. 421. &c. Fontan. Bibl. Legal. V. Ramponi.

Francifcum Ramponios recenfet, (a) quamvis *Hic nofter* inter fucceffores potius videretur enumerandus.

VIII. His denique, ob aliquam temporum cohærentiam, quodammodo catervatim, annumerandos exiftimamus *Mag. Cionem de S. Gervafio. Blanci Fil. Hugutionis nep.*, cujus in Arte medica peritiam, exemplaremque probitatem, nobis teftatam faciunt duo Ædilitia monumenta vetuftiffimæ Ecclefiæ *S. Francifci* Pifarum. Horum Unum indicat magnificum Sepulcrum, extra Ecclefiam, fub num. 63., pofitum, cum ftemmate cognomini aliquatenus refpondente unius *Cervi*, atque olim cum hac Epigraphe -- *S. Magiftri Cionis de S. Gervafio Medicinæ Doctoris Egregii*. Aliud Aram defignat, primis temporibus *Aram Virginum* appellatam, vulgo nunc *dello Spirito Santo*, ab *Eo* elabente *An.* 1339.; ædificari curatam, Infcriptionemque in Pariete, a Cornu Epiftolæ, pofitam, quæ hujufcemodi eft

[*a*] De Ort. & Progref. J. Civ. n. 163.

est, [illegible] *Altare*, *consecratum ad honorem S. S. Virginum. constructum fuit a Mag. Cione de S. Gervasio medicinæ doctore Egregio pro Remedio Animæ suæ & suorum Parentum.* (a)

Mag. quoque *Thomam*, alias, *Thomasium Ser. miniati dell' Abbaco*, seu *dell' Abaco*, Civem Pisanum, pro docenda Arithmetica, conductum; (b) atque, in hoc genere Doctrinæ, *Januensi* etiam *Magisterio*, sub An. 1373. & Personali quadam exemptione, conspicuum. (c)

Mag. Philippum de Pistorio (d) *Mag. Franciscum de Senis.* (e) quos alibi fortasse, singillatim, ac distinctis, uti par est, titulis, in publicam præli lucem proferemus. Interim vero, dum paucula hæc è profun-

(*a*) Memor. Cænob. sub num. 63. & 287.

[*b*] Lib. Pis. Com. 28. Lib. 45. lib. 55. &c.

(*c*) Archiv. Oper. sub num. 2345, & 2444. &c.

(*d*) Lib. 46. Arch. Pub. Pis.

(*e*) Ibid. Vol. 51.